

episcopus Leodiensis filius comitis de
Hannonia anno Domini 1283 ad eccle-
siam Metensem renisset translatus
episcopus Metensis 66. Sicut nobilis
genere erat, ita virtutibus pollebat
strenuus^a iustus fidelisque ecclesie,
nam patrimonium suum in Hannonia
vendidit, et pro episcopatu Metensi
comiciam comparavit, que Castel super
Blesa vocatur. Hic vere cum psalmista^a
dicere potuit: Dominus michi adiutor
et ego despiciam inimicos meos, quia
prope est Dominus omnibus invocan-
tibus^a eum. Nam accidit quod ipse
una cum duce Lothoringie obsederat
Calcic^a comitis Barensis, quamvis
ad hoc tradiciose inductus, eo quod
quidam eum ad guerram inducentes da-
bant intelligere comitem obprobria episco-
po dixisse^a. Quod tamen compertum est
non fuisse verum, sed hoc sibi est
dictum, ut ad guerram induceretur et
per guerram destrueretur, ut in brevi
post apparuit luculenter. Unde in obsi-
dione orta est discordia inter episcopum
et ducem, ita quod episcopus se transla-
lit in Hombourch et dux in Beris.
Statim post comitiva ducis venit ad
terram episcopatus, et cepit tam bestias
quam homines prope sanctum Naborem.
Hoc episcopus in Homburg percipiens
statim Iulii Cesaris vestigia sequens
de quo legitur quod numquam militibus
suis dixit: Ite, sed: Venite, precedens continue;

^a/ strenuus

^a/ e coniectura mea, cu ps e.

^a/ man. rec. e corr.

^a/ ita e.; man. rec. corr. calcierz
calcic

^a/ dixisse corr. man. rec. dixisse

dux in beris. statim post